

V I G L I I

Z V I C H E M I
P H R Y S I I I I V R E-
C O N S U L T I C O M M E N-
T A R I A I N D E C E M T L
T V L O S I N S T I T U-
T I O N V M I V-
R I S C I V I-
L I S.

A C C E S S E R V N T
& his OLIVERII TEXTORIS
Commentarii intit. DE GRA-
DIBVS COGNATIONVM
earundem Institu-
tionum.



L V G D V N I,

Apud Hæredes Iacobi Iuntæ.

1559.

Eratibus sicut in primis annis

Es del Colegio de los
Angeles de
Salamanca.

T E X L I B R O S E C V N D O
I N S T I T U T I O N V M .

- Titulus** {
x De testamentis ordinandis.
xi De militari testamento.
xii Quibus non est permisum facere te-
stamentum.
xiii De exheredatione liberorum.
xiv De hereditibus instituendis.
xv De uulgari substitutione.
xvi De pupillari substitutione.
xvii Quib. modis testamēta infirmētur.
xviii De inofficiose testamento.
xix De heredū qualitate & differētia.

CLARISSIMO VI-
RO, ET PUBLICI PRIVATI QVE
IURIS CONSULTISSIMO DO-
mino Gerardo Mulert, Cæsareæ Maiest.
apud Mechliniam con-
siliario,

VIGLIUS ZVICHEMVS
PHRYSIVS S. D.



TSI Iuris Civilis studium cum dif-
fusa rei ipsius natura, tum libroru[m] mul-
titudine, opinionumq[ue] varietate, cum
primis arduum ac difficile habeatur;
permulti tamen omnibus penè seculis
extiterunt, quos in eo addiscendo ope-
ram ponere neutquam piguerit: dispa-
ri quidem uti conatu, ita etiam profectu: verum eleganter
recteque Flaccus in Arte scripsit, Consultus Iuris & actor
causarum mediocris, abest virtute diserti Messalæ, nec scit
quantum Cascelius Aulus: sed tamen in pretio est. Quod
equidem clarissime, idemque Iuris nostri peritissime Ge-
rarde, non aliundè accidere arbitror, quam quod ut hæc
disciplina humanis actionibus præcipue est accommoda-
ita ipsi vicissim homines peculiarem quendam erga eam
affectionem à natura sibi insitum habeant. Cæteræ enim
scientiae vel divina censentur origine, ut Theologia: vel
commonis naturæ clementia hominibus monstratae sunt,
quemadmodum Medicina, quam nec ipsa etiam bruta,
quo se ac vitam rveantur, ignorare omnino credun-
tar. Iuris vero constitutio, ac obseruatio, humanæ men-
tis rationisque adeo propria est, ut hac vna differen-
tia ab ceteris animalibus maximè separémur. Quicun-
que enim usquam sunt populi, qui moribus vel legibus
non regantur, ij in belluarum numero hand immeri-
to habendi sunt. Optimas autem leges maiores illi no-
stri, melioribus natu seculis nobis reliquerunt, quò ea-
rum vinculis obstricti, & imperia ab illis accepta, & res pri-
uatim relictas tueri melius possemus. Inter ipsos porro
homines ij semper excelluerunt, qui legam professi scienc-



INDEX BREVIS RE-

RVM, ET VERBORVM ME-

MORABILIVM, QVAE HISCE COM-

mentarijs explicantur.

De Litera A.



<p>Bauunculus, abmaterteria. Textor. num. 6. pag. 122</p> <p>Abauus abauia, qui dicatur, & vnde dicuntu. Textor. num. 8. pag. 92</p> <p>Abauum & abauiam quarta cellula habet. Textor. numer. 17. pag. 92</p> <p>Abnepos & abneptis sunt in qua ta cellula. Textor. num. 9. p. 97</p> <p>Abnepos & abneptis, qui dicantur. Text. nu. 10 pa. 98</p> <p>Abpatruus, abamita qui sunt. Textor. nu. 13. pa. 119</p> <p>Abdicatio quomodo differat ab exhaeredat. Vigli. nu. 2. pag. 135</p> <p>Accrescendi ius duplex inuicem contrarium . Vigli. numero 6. pag. 140</p> <p>Accrescendi ius an contra, an secundum voluntatem defuncti sit. Vigli. nu. 8. pag. 193</p> <p>Accrescendi ius an prohiberi possit. Vigli. nu. 8. pag. 191</p> <p>Accrescendi ius à substitutione distinguui. Vigli. nu. 2. pag. 213</p> <p>Actio ad supplementū. Vigli. nu.</p>	<p>2. pag. 187</p> <p>Actio ex stipulatu, super re certa, quomodo intelligenda. Vigli. num. 7. pag. 179</p> <p>Actiones causam aliquam debere habere. Vigli. nu. 2. pag. 278</p> <p>Actum qui scilicet directo valuit, non posse iteru obliquari, vel qui in uno directo valuit, in alio non obliquari. Vigli. num. 6. pag. 256</p> <p>Actio in aliam transfusa, non omnino extinguitur. Text. num. 11. pag. 33</p> <p>Accidentia grammaticalia, quando in cellulis considerari possunt. Text. nume 6. pa. 85</p> <p>Ad Mafurium & ad Plautiu quid significet. Vigli. nu. 9. pag. 176</p> <p>Adam si viueret, non posset uxorem habere . Text. numero.25. pag. 157</p> <p>Aditio hereditatis. Vigli. num. 7. pag. 306</p> <p>Adoptādi modus mirabilis. Tex. nu. 13. pa. 198</p> <p>Adoptare qui possint. Text. num. 25. pa. 201</p> <p>Adoptari qui possint . Text. nu. 26. pa. 201</p>
--	---



VIGLII ZVICHE-
MI PHRYSII IVRE-
CONSULTI CLARISSI-
mi, Commentaria in decem titu-
los Institutionum Do-
mini Iusti-
niani.

P R A E E A T I O I N R V B R I C A M
De Testamentis ordinandis.

S V M M A E R E R V M T R A C T A -
tarum in Commentarijs.

- 1 Iustinianum scholasticas prelectiones ordinasse.
- 2 Institutionum usus & significatio.
- 3 Error nostrarum scholarum.
- 4 Mos academicus Patavina.
- 5 Utilitas presentis tractatus.
- 6 Materiam testati & intestati bonam iuris civilis partem esse.
- 7 Duplex successio.
- 8 Duplici iure hereditatem deferri.
- 9 Duplex bonorum possessio.
- 10 Continuatio tituli.
- 11 Porci questiones firmatae.
- 12 Quosdam generales esse titulos ad integrum Tomum.



IUSTINIANUS cum ius ciuil-
le immenso, ut inquit Liuius, alia-
rum super alias aceruatarum legum
cumulo inuolutu, in cōpendium
& ordinem quendā redigisset, tri-
bus libris Pandectarū, Codicis, &
Institutionū, vniuersam Iurispru-
dentia cōplexus (nam Nonelle ipse
ius uicerum exigente paulatim postea accelerunt) illud
etiam

C O M M E N-

T A R I V S E L E G A N S ,

iuxta ac doctus in celeber,

rum Titulum Insti,

tutionum Imper,

rialium,

De gradibus Cogni-

tionum.

S V M M AE.

- 1 Dicito, De demonstratiōē seu declaratiōē capitū.
- 2 De significatu dictionis, De, & quare in Rubrica Imperator non fecit mentionem de affinitate.
- 3 Cognatio in generali eius significatione describitur.
- 4 Triplex est cognatio, carnalis, spiritualis, & legalis.
- 5 Cognatio spiritualis ceteris est dignior.
- 6 Spiritualia carnalibus & corporalibus sunt fortiora & digniora.
- 7 A diffinitione inchoandum.
Cognatio carnalis.
- 8 Declarantur particulae in descriptione carnalis cognitionis posita.
- 9 Diffinitio constare debet genere & differentia.
- 10 Agnati, qui dicantur, declaratur: multaque exempla subiiciuntur.
- 11 Agnatio etiam ciusili coniunctione constituitur.
- 12 In symboli Zantibus facilis est transitus.
- 13 Ars imitatur Naturam.
- 14 Agnati subdividuntur.
- 15 Cognatio carnalis dupliciter considerari potest.
- 16 Omnis agnatus est cognatus.
- 17 Cognatio in specie non comprehendit agnationem.



2. C O M M E N T . I N T I T .

- 19 Coquati in specie, qui dicantur: cum multis exemplis.
- 20 Vulgo quesiti, nullum patrem habere dicuntur.
- 21 An emancipatus & filius eius, sint agnati, & quando?
- 22 Cognati in specie subdividi possunt.
- 23 Cognatio carnalis secundo subdividi potest in licitam & illicitam.
- 24 Cognatio licita uno modo, illicita pluribus fieri potest.
- 25 Tertia cognationis carnalis divisio, in ascendentis, descendentes, & transversales.
- 26 Autoris intentio & excusatio. Et bonum est in singulis dubitare.
- 27 Aleuoribus ad grauiora docentes procedere debent.



IVINO inuocato præsidio, ad publicum cupidæ legum iuuentutis, omniumq; lectorum (ni fallor) utilitatem, scholastico quodam & agresti stylo huius Iustiniiani tituli de Gradibus cognitionum, facillimam exordior enodationem. Cu-
iis obmissa continuatione, quam in vo-
ce retali, hisq; pratermissis, quæ circa
rubricas quæri solent, de quibus latè in prima rubrica totius
huius voluminis, in primis non obmittam primam Rubricæ
nostræ dictiōnem + scilicet De, demōstratiōne seu declaratiōne
capi posse sicut in Idem Pōponius scribit: si de meis. ff. de re-
cep. arbit. & l. cūm delanionis. in Pan. & §. cūm de villico. ff.
de fun. instruct. instru. lega. Imperator ergo (ut intelligimus)
interrogatus de quo post prædictas materias esset tractatu-
rus, mentem suam declarans, responderet de Gradibus cogni-
tionum. De cuius quidem natura, & significatiōne + ampliore, si
scire velis, vide Bartol. in l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui-
na & naufrag. & in l. si finiti. §. j. ff. de damno infec. & in l. præ-
tor. §. j. ff. de bonis auto. iudic. possiden. l. j. in princip. ff. de
positi. l. j. §. si plures. in j. quæst. ff. de exerci. acti. l. j. §. eman-
cipatus. ff. de coiungen. cum eman. liber. l. eo tempore. §. fina-
ff. de pecu. & Bald. in l. j. in fin. ff. de tutori. & curato. datis ab
his. l. sed & reprobari. ff. de excusatio. tuto. l. j. §. ius autem na-
turale. colum. ij. l. ex hoc iure. colum. v. ff. de iusti. & iure. & in
l. de pecoribus. vbi Salice. C. ad legem Aquili. i. Ioan. Andri. in
regula. nullus ex consil. de regulis iur. in vj. in mercuria. Pa-
nor. in cap. inter dilectos. penulti. nota. & ibi in additionibus
ad eundem extrà. de fide instrumen. Ioan. de Ana. in cap. decx -

relicta fratri Berta, & poterit contrahere cum Berta sorore primi mariti huius mulieris: quia est Titio illa Berta in secundo genere affinitatis. Et si Titius relictus Mariae, contraheret cum alia, scilicet Seia, tunc oriretur inter illum Seiam & Bertam sororem cum sua prole tertium genus affinitatis. Ideo per hanc cellulam demonstratur primum & secundum genus affinitatis. Idem dicas de alia cellula auriculari positâ laterice sinistro, in qua ponitur, relicta relieti sororis. Pone enim, quod Sempronia soror Titij contrahat cum Caio. Iant hic Titius cum sua posteritate est Caio in primo genere affinitatis, moritur Sempronia soror Titij, iam Caius est relictus Semproniae sororis Titij. Deinde Caius nubet Bertam. Tunc oritur genus affinitatis inter Bertam, & dictum Titium fratrem cum suis descendantibus. Mortuo postea Caio poterit Titius praedictus frater sororis hanc Bertam ducere in uxori, cum hic Titius sit huic Berta in secundo genere affinitatis, quod hodie prohibitionem non habet. Bene ergo dicitur, relicta, scilicet Berta, relicta sororis, scilicet Caij relieti à Sempronia sorore Titij poterit contrahere cum dicto Titio. Si tamen dicta Berta contraheret cum alio, scilicet Petro, oriretur tunc tertium genus affinitatis inter illum & fratrem cum sua posteritate. Finaliter adhuc habemus in arbore alias lineas reflexas, quarum una oritur à cellula, frater, à qua protenduntur quædam virgulæ: in quarum medio scribitur primum genus affinitatis, & diriguntur ad cellulam vir sororis. Et ab illa cellula, vir sororis, oritur alia linea, à qua quidem cellula protenduntur similiter virgulæ ad modum arcus, cum eisdem verbis, & renovavit ad illam cellulam, frater, ad denotandum, quod inter se sunt affines. Item est alia linea reflexa, quæ oritur in cellula, soror, à qua similes virgulæ protenduntur cum illis verbis: Primum genus affinitatis, & diriguntur ad illam cellulam, in qua scribitur, vox fratri. Et ab eadem cellula, vox fratri, protenduntur similiter virgulæ per modum arcus, cum eisdem verbis: Primum genus affinitatis, & diriguntur ad cellulam illam, in qua scribitur, soror, ut etiam denotetur, quod isti inter se sunt affines. Quæ omnia oculari fide ex sequenti (quam subscribo) figura clarius apparebunt.

Et postquam varios fructus habuisti oīus,

Plantetur viridi dulcis oīua sole.

Adq; Dei laudem lectarie ponite finem.

Nunc clari rinos; præsta bibere satis.

V F I N I S.

Arbor affinitatis.

